



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

S. Golindvcha M. Maria Postea Cognominata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

cum ad sedandas eiusmodi turbas, quibus potuissent perfacile commoueri, Anatolius magna fiducia illud consilij inierit, Et edito miraculo & populus in officio contineretur, & haereticorum cohiberetur audacia. Habet Zonaras Glycam ad stipulatorem, qui id factum post Synodum Chalcedonensem, tumultuantibus rursus Episcopis quibusdam & Monachis, ab Anatolio tradit quadam ferme necessitate compulso hoc ipsum mire consilium. Quibus quidem auctoribus haud penitus refragamur, cum alia plura non desint exempla suis locis inferius recensenda, quibus probatum redditur, sèpè à sanctis viris altercationes insuperabiles tum haereticis obstinantissem semel susceptas eiusmodi miraculorum virtute esse extinctas, & titubantem populum confirmatum, idque priuato diuini Spiritus factum instinctu: cum tamen ad veritatem confirmandam firmorem esse Propheticum sermonem, ipsam nimirum diuinam scripturam: S. Petri Apostoli testificatione habeatur expressum. Hæc Baronius, vnde discis de veritate historiæ nullam esse dubitationem, sed de tempore tantum disputari, nec inter Concilij dies actam.

S. GOLINDVCHA M.  
MARIA POSTEA COGNO-  
MINATA.

13. Iulij.

In Menol.

II.

**P**Erhis hæc erat patria, vxor magorum principis, regnante Cosroe, in Perside, imperante Mauritio: ad Christi fidem ex viso quodam cœlesti conuersa. Etenim animo diuinitus à sensibus auocato, cernebat maiores

maiores suos, & quicunque Christum non  
coluissent, apud inferos æternis ignibus  
cruciari. Quare & à coniuge suo archima-  
go, & ipso rege in custodiam, quam Le-  
then appellabant, adducitur, in qua totum  
œtennium versata, cum à Christo auelli nō  
posset, in antrum vbi draco stabulabat, cō-  
ijicitur, cum quo quadrimestre morata, illū  
adeo cicarauit, ut in eum, quietem ca-  
ptura, caput reclinaret, atque Dei munere  
neque famem ullam sentiret. Hinc postea  
extracta, Cosroë filio sistitur ad quæstionē,  
lorisque secatur, in quo suppicio papilla  
illi rupta est. Coniecta dein per caput in  
culeum cinere viuo plenum, & conclusa in  
angulum quempiam abiicitur, ex quo ta-  
men illæsa euasit. Inde in ganeo seu lupi-  
nari prostibuli loco exponitur, ad quam  
cum multi impurorum irrumperent, illam  
tamen non repererunt. Ducta ad suppli-  
um ab angelo erepta est; quod illi occum-  
bet e cupienti patum gratum fuit. Ergo an-  
gelus arrepto gladio percussuro similis illā  
secundum ceruicem icit, vulnusque visus  
infligere, vnde sanguis profluxit, quo ve-  
stes Martyris sunt purpuratæ, quarum at-  
tactu varia morborum genera curata. Sed  
sancta Martyr Hierosolymam profecta san-  
ctis

*Hæc èliter  
Nicephor⁹  
quē infra  
in Annos.  
leges; ali-  
verq; Simo-  
netta.*

Etis locis cum veneratione cultis, de discrimine Catholicorum & hæreticorum diuinatus edocta, reuersaque Constantinopolim, rebus mortalibus relictis, ad cœlestia migravit.

## ANNOTATIONES.

**D**E hac Menologium Græcum XI. Iulij, in cæteris non reperio. Nicephorus lib. 18. c. 25. ita eam describit. *Tum temporis Verò etiam Golin-duch martyr viuens enituit. Magis Persicis prognata, Asmodoch scilicet patre, & Myzuch matre; qua, pro illorum religione, ignem & aliarum Persarum abominationes colens, & ipsa execrata Deoq; detestata idolomania & magia dedita erat. Primario autem ex senatu viro in matrimonium collocata, duos progeniuit filios. Et post triennium per estasim extra se ipsam rapta, ab angelo, diuino dispensationis salutis nostra mysterio est initata. Promindeq; Magis tradita, multisq; verberibus, & tormentis, qua omnia superauit, expedita, miracula infinita & prodigia mirifica edidit: identidem angelus qui dux eius fuit, ad eam veniente. & ut leuiter & facile omnia perferret, curante. Multas etiam res arcanas indicauit, & potest prouidentia gratiam à Deo consequuta. Postquam vero per multos annos tormentis excruciatas, coronam martyrii ferre concupiuit, qui ei sepius apparere solitus erat angelus assistens, & iuuenem quendam ensiferum producens, desiderio eius satisfecit. Præcipiente namque illo, iuuenis ferro caput eius resecuit: & sanguis e rugulo profluens, in interiorem eius lineam femorum tenus cruentatam, manauit. Quæve-*

stis

stis innumera visa est edere miracula, atque illa etiam post resectionem capititis deinceps superstes vixit. Et quum in Romanorum finibus, ad Cicerium & Daram marta fuisse, etiam ad Hierosolymorum partes peruenit, nouum spectaculum omnibus fidelibus, quippe viuente adhuc corpore stigmata Christi circumferens, visa. Hac sane quum grauiter a martyrij aerumnis afficeretur, Urbes circuibat, angelo duce progrediens. Neque quicquam medicina doloribus adhibuit, natius tantum thermarum lauacris visa. Et quum domesticos suos, & familiares omnes, atque alios praterea ad Christum adduxisset, tandem Hierapoli, seculo hoc relicto, ad immortalem illam vitam concessit. Quae viuens adhuc ab Imperatore in urbem suam accita, imperio eius non paruit. Eius vitam Stephanus Hieropolitanus episcopus compositus, qui cum illa fuit, & res quasque ab ea didicis: honorifice etiam & splendide, corpore sepeliendo, funes eius prosecutus. His certiora opinor scripsit Theophilactus Simocatta, ex quo libet transscribere Pontani nostri interpretationem lib. 5. c. 12.

Refert autem fama, quo tempore Chosroes in regiam redierit, fœminam vixisse apud Hierapolim Golinducham nomine, sed τις η πόθεν quæ, & vnde nam fuerit, secundum poëtam, dicatur sane, ut magnificentissima narratione perfruamur. Nata est Babyloniae à Magorum familia. Pater eius de illustribus Præfectis, Vectigalibus Persicis exigendis præerat. Postquam vero ætate florescens, viro tempestiuia esse cœpit, homini nobili despōsata est. Fortè epulis cum marito accumbebat, cum visa est repente viribus defici, manereque immoto corpore, & longo interuallo sensibus conualescere. Qui casum intuebatur (si modo diuinam hanc ecclastinum

afum nominare licet, ) adolescentulam interro-  
gaht, quid ei acciderit. Respondet, acerbas se ali-  
cubi sub terra pœnas constitutas ; magnorum con-  
tra bonorum delicias Deum maximum colentibus  
decretas vidisse : quem Christiani religiosè vene-  
rantes, à Persis irrideantur. Tum vir, eius verba  
subsannare, perspectoq; constanti illius Christia-  
ni mi complectendi proposito, fustibus impinge-  
dis ad sanitatem reductum arbitrari, necem in-  
super minitari, quam Persæ more maiorum illis  
inferunt, qui magorum dogmata aspernantur. Sed  
illa diuino amore mentem erecta, aures claudere,  
dicta in vento atq; aqua scribere. Eadem alia quæ-  
dam diuina, præstantiorque illustratio contigit:  
Astitit enim Angelus, forma & veste fulgentissi-  
mus, iterum priora ei spectacula exhibens, & mox  
futurum mariti obitum prænuncians. Prædicta e-  
ueniunt, maritus diem suum obit. Mulier relicta  
Babyloniam Nisibin proficiscitur, ibi q; Christiano-  
rum Sacerdotes nacta, vicissim confitetur magna-  
lia spiritus, atque ab ijsdem sacerdotibus verè cœ-  
lesti & arcana Christianorum disciplina initiatur.  
Hoc ut magi competerunt, eam requisitum se in-  
viam dant. Nisibi adiunt, & blanditiis potissimum  
agunt, indeque abducere secum fæminam conan-  
tur. Cum verbis actum agerent, tetro catceri eam  
longo tempore includunt. Sed auxilio Dei omnia  
circumspicientis, eamque nullo tempore absque  
testimonio sibi relinquentis, angelo apparente &  
custodia exit, atque Romanorum prouinciae suc-  
cedens, apud Hierosolymam insignem, & inenar-  
tabilem Dei magnificentiam diuulgat, sacrisque  
precationibus ad sepulchrum magni Dei, & salua-  
toris nostri Iesu Christi offusis & crucem passi-

R

MONU-

267 S. ATHENOGENES M.&P.

monumentum similiter venerata, Hierapolim regressa est, multaque euentura, Chosroe vaticinata (cum etiam Romanis de eius ad ipsos perfugio ac transitione, antequam fieret, praedixisset) & vita exemplo Angelico, atque ut decet sancto, tum animo tunc corpore traducta, ab his rebus mortaliibus discessit, tolerantiaque corona cum triumpho semper in rediuita est.

Eadem paucioribus habet Euagrius lib. 6. c. 20. qui Galanducham nominat. Ego Simocattæ narrationi potissimum subscribo.

16 Iulij:

S. ATHENOGENES  
M. & P.

**E**RAT hic Sebastenus origine, Diocletiani imperio, captus a Philomarcho cum decem discipulis, multaque tormenta perpessus, tandem gladio vitam amisit. Fertur priusquam comprehenderetur, reuisenti ad monasterium suum, in quo tamen neminem offendit, quod omnes iam capti essent, cerua quam in cœnobio aluerat, occurrisse, cui bene precatus ut ne umquam in venatione, vel illa vel hinnuli illius caperentur, sed ut quotannis ad rei numquā intermorituræ memoriam, & ab ipsa, & post ipsam ex eius propagatione hinnulus adduceretur. quod & factum. Semper enim post S. Euagelij in templo lectionem, cerua